



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 10. Bestias etiam nocendo prodesse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

pugnat contra elephantum; seu, vt apertè dicam, mure minor musca mordere audet Pharaonem, elephanto superbiâ maiorem.

§. X.

Bestias etiam nocendo prodesse.

§. Deniq; negari non potest maxima mortalibus damna ab eiusmodi belluis sæpe prouenire. Alibi leones itinera faciunt infesta; vrsi alibi: alibi lupi: &, in Parauaria, integri siluestrium equorū exercitus, quidquid offendunt, proterentes. Sed & draconum metuendæ sunt insidiæ; tigridum item velocitas, immanitas leopardorum. Sunt in sacris & profanis innumeræ historiæ. Nihilominus hæc ipsa tam præsentia vitæ discrimina summam pariunt vtilitatem. Nam incommodis maximis, quæ inferunt, fastidium pariunt vitæ terrestris, desideriumque excitant, vt ex hac peregrinatione ad cœlestem patriam, ex hac lachrymarum valle ad æternam securitatem, ad summum illud bonum, quod omni molestia carebit, tantò impensius anhelemus. Quo desiderio roborati martyres ad bestias damnati, inter leonum rictus, cum S. Ignatio Episcopo Antiocheno; inter virulentos angues, cum D. Thecla; inter mille aliarum belluarum lani-

Y

atus;

atus, cum alijs Dei athletis, exultauerunt. Et vniuersim, esse maximum bonitatis Dei & affectûs, in optimos quosque, quos hîc varijs incommodis exercet, argumentum, præter D. Dionysium, & alios, Gazæus declarat. Philo ita loquitur: *Oportebat, quo magis elucerent meliora, etiam deteriora produci a potentia bonitatis summa, qua Deus est.*

Areop.
De diu.
non c. 8.
S. Aug.
q. 82. ex
83. Gazæ-
us in suo
Theo-
phrasto.
Philo l. 2.
Allego-
riar.

CAPVT XV.

*Mirabile diuina equitatis & boni-
tatis, per Lupos, auxilia fa-
cientis exemplum.*

§. I.

Sequentis historia Author laudatus.



Quoniam superiore capite ex profano authore ostendimus, diuinam bonitatem, etiam in vulpe libera- trice, succurrentem, atque è barathro, siue Ceadâ educentem, addam hîc, quod ab homine fide digno, pio, docto, & verè Religio- so, eóq; Societatis nostrę candidissimæ men- tis sacerdote, ac sene audiui, quem meritò omnes ex Iouis tabulis testem dicebant esse potuisse, *in quo dolus non erat, & in cuius ore non est inuentum mendacium.* Is, cùm ali- quando nobis sermo, de varietate Dei ho- mines

Io. 1. 47.
Apo. 14. 5.